



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

X Quod nunc animarum sola beatitudine p[er]fruuntur electi, post
resurrectionem vero animarum simul & corporum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER PRIMVS.

cælestis, dicit: Scimus quoniam terrestris domus huius habitationis dissoluatur, quod ædificationē habemus ex Deo, domū non manufactam, sed eternā in cælis. 2. Cor. 5.

Quod nunc animarum sola beatitudine perfruuntur electi, post resurrectionē vero animarū simul & corporū. Cap. .X.

Electi autem nunc animarū sola, post modum Greg. vero etiam corporū beatitudine perfruuntur, ut in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatusque pertulerunt. Pro qua quippe geminata eorum gloria scriptum est. In terra sua duplicia possidebunt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de sanctorū animabus scriptum est: Apo. 6. Datus sunt illis singulæ stolæ albe & dictum illis ut requiescerent ad modicum tempus, donec impleatur numerus cōseruatorum & fratrum eorum. Qui itaque nunc singulas acceperunt, binas in iudicio stolas habituri sunt. Quia modo animarū tantummodo, tunc autē binæ stolæ albæ, animarū simul & corporū gloria lætabuntur.

Quod per quinquagenariū perpetuitas futuræ quietis nostræ mystice ostendatur.

Caput. XI.

Non sine magno mysterio quinquagenarius numerus in datione vel gratiæ vel legis obseruatus est. Nam quinquagesima die pasche, Beda. & lex in monte populo data est, & gratia spiritus di-

b ij